



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Gvla.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

catione, nisi quādo Papa expressē vellet statim non valere. secundum Geminia capitul. 1. de cōces. p̄bend. li. 6. aliter de concessione ab inferiori, maximē quando alteri p̄iudicatur, & cōmittitur sine cognitione causæ.

<sup>7</sup> Q V A N D O alteri est ius acquisitum non reuocatur gratia. Et sic intelligitur regula, mutare. de regulis iuris lib. 6.

<sup>8</sup> Q V A N D O data est gratia alicui de immunitate propter multitudinē filiorum, si aliqui moriantur, non reuocatur gratia: secundum Ioan. Andræ in regula decet. de regul. iur. lib. 6. in merc. quia ius erat iam sibi acquisitum.

<sup>9</sup> G R A T I A facta cum conditione, quousq; aliter ordinauero, durat post mortem concedentis: secundum Geminia in capitul. si gratiosē. de referi. lib. 6. non autem si dicat quousque placuerit nobis. infra, voluntas. §. 1. De gratia diuina, sine qua opera nostra meritoria esse nequeunt, dicendum est, quōd quilibet tenetur illam habere, & si non habet, imputandum est ei, & non Deo.

## G V L A.

<sup>1</sup> G V L A, secundum Thom. secunda secunda. quæstio. 148. importat inordinatum appetitum, vel actū delectationis cibi, & potus, & tunc mortale peccatum est, quando ibi finis vltimus cōstituitur. iuxta illud Apostoli. Quorum Deus venter est. Propter quōd non seruatur ieiunium de p̄cepto, comeduntur carnes diebus prohibitis, & cætera, vel si quis aliquod prohibitum faciat, vel faciendum de p̄cepto omittat.

<sup>2</sup> S E C V N D O, quādo quis comedit, vel bibit in graue nocuentū corporis, vel animæ scienter, vel probabiliter: secus si ignoranter, vel pro modico detrimento, tunc est veniale.

<sup>3</sup> T E R T I O, si vsque ad vomitū, vel ebrietatem comedit, vel bibit aduertenter: secundum quod supra dictum est, Ebrietas §. 1. mortale est. Agit enim contra naturam.

<sup>4</sup> Q V A R T O, si hoc fiat propter finem, qui sit peccatum mortale, vt ad luxuriandum, est mortale peccatum, aliter communiter est veniale, cum non sit contra charitatem Dei, vel proximi.

<sup>5</sup> G V L A capitale vitium est: secundū Gre. cuius species sunt. §. in 30. li. mor. scilicet, propterē lautē, nimis ardentē, & studiosē. Propterē, id est, ante tēpus. in canon. solent. de con. distinct. 1. Lautē, quia cibos delicatiores quærunr. capitul. distinctione 41. Nimis, scilicet comedendo, quōd ad quantitatem. Ardentē æstuando immenso desiderio. in dicto capitulo. Studiosē, id est, nimis accuratē p̄parando capitulo 3. 41. distinctione.

<sup>6</sup> F I L I A E gulæ sunt, secundū Gre. 31. lib. mor. hæ. videlicet, ebrietas, hebetudo mentis, inepta lætitia, multiloquium, scurrilitas, & imundicia. de quibus vide in locis suis. Dicuntur enim huiusmodi vitia gulæ filix, eō quōd ex ea ortum habent. Nam gulæ vitium rationem perturbat, ex quo irracionales motus interius, & exterius consequuntur.

## H A B I T V S.

<sup>1</sup> H A B I T V M debitum omittere, vel occultare, cum sit contra, vel p̄ter rationem, peccatum est, quod multis modis contingit. Primō, si mulier veste virili vtatur, vel econtrā, quod prohibetur Deut. 22. & 40. dicto capitulo, si qua mulier, vbi dicitur, Anathema sit mulier induens vestem virilem, quæ si faciat superstitiosē, vel propter luxuriam, mortale est si ex vanitate, vt in laruis, & representationibus: secus est. Quōd si quis hoc in vsu habuerit, non debet pati: sed ab Episcopo admoneri sub excommunicationis p̄na. quōd si non desistat, debet excommunicari, supra. Fœmina. §. 2. sic enim licentior ad peccandum faciliter fieret mulier. Clerici vtentes habitu laicorum, vel prohibito, peccant, supra, Clericus. §. 10.

<sup>2</sup> R E L I G I O si dimittēs habitū